

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Iurisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 2. De juramento testium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](#)

publicatione. Ita puniendum dico, quando criminaliter actum est : at quando civiliter, ad satisfact onem tenetur parti lœla. Sic olim ,hodie pœna arbitratia in usu est, eaque varia secundum qualitatem personatum , & circumstantiarum. *Menochius casu* 307. *Iul. Clarus q. 53. Silv. n. 9. Azor. III. l. 13. c. 28. d. 12.*

Truplicem pœnam mereri falsum testimoniū. *Decianus* l. 6. c. 3. & *Damhaud.* c. 70. traduntem quod Deum, iudicem, & innocentiam laedit. Quæ vero trigemina illa pœna sit, minimè explicant, neque expeditum est : ne in aliis muletis immo plerisque criminibus eandem multiplicationem recipere debeamus. Nam quicunque peccat, innocentiam laedit, Deum offendit & proximum, in iis, quæ manifesta sunt.

De Presbytero, & Diacono nominatum *Bernardus Diaz.* in præl sua c. 94. pronunciat, si falsum testimoniorum dicterint, ab offici honore depônendos, & in monasterium detinendos esse iuxta Concil. Agathense relat in c. 6. Episcopus dist. 50. Quod intelligent aliqui si de crimine illo directè accusati, convicti, & damnati sint: securus autem, si non constet via directa, sed incidenter, puta per viam exceptionis , aut similem. Tunc enim nec depônendi, nec in monasterium detrudendi sunt, sed tantum a testimonio repellendi. Addit Diaz. l. cit. quamvis in civilibus & criminalibus causis prædicta pœna imponenda sit, gravius tamen puniendos , qui falsum testimonium in criminalibus ferunt, præsertim ubi laici propter idem delictum pœna talionis puniuntur. Præ-

rea excusari à pœna ordinaria depositionis, &c. 1. si testificatio non sit nociva, extraordinaria tamen puniri posse. 2. quando falsitas est circa accidentia causæ. 3. quando sine dolo commissa est. 4. si absque iniuria testatus sit. Denique si non per viam accusationis, sed inquisitionis procedatur. V. Barb. inc. *Palædicus de crim. falsi Tholos.* l. 48. c. 11. *Damhaud.* c. 124. *Decianum* l. 6. c. 13. ubi variis pœnarum generibus enarratis, non minimam periuri testis esse infamiam nota: quæ tamen non ipso facto, sed post sententiam iudicis contrahaurita ut infamis sit , & repellatur à testimonio ferendo, & qualibet dignitate quod etiam *Wurmserus* annotavit l. 1. tit. 47. obs. 25.

§. 2.

De iuramento testium.

I. Explorati juris est , testem non nisi iuratum auditum: iniurias nullam fidem esse. I. iurissurandi C. detest. t. quotus c. luit 2. S. testes Glossa ibid. c. ius questionibus c. nuper hoc tit. ubi nec religiosi excipiuntur. Discretè Innoc. III. *Bitantino Archiepiscopo* scribens, Monachi inquit, de suis fratribus ac convexis testes in causis propriis producere absque iuramenti exhibitione non possunt, nisi forte à parte remittatur adverba. Et *Honorius* in c. nuper nullius testimonio, quantumcumque religiosus existat, nisi iuratus depouerit , in alterius prædicium debet credi.

Porrò iuramentum illud in principio examinis præstandum est. c. fraterritia

nitatis hoc tit. idque tactis manu evan-
geliis. Glo. in V. iuramentis. Sanch. l. 3. Mo-
ral. c. 1. Borell. in summa decisione 60. de iu-
ram. Reginald. l. 18. c. 1. n. 10. Barb. in cit. c.
Fraternitatis qui in c. tuis h. tit. extendit ad
perlonas in dignitate constitutas, qui-
bus iurandum est, saltem manu peccatori
imposita coram SS. Evangeliiis. V.
Barb. in q. 74. n. 6. Sanchiz. l. 6. con-
flic. 8. dub. 2. Cardinal. Lugo disput.
37. sect. 14. n. 66. Treutl. vol. II. disp.
5. c. 6.

II. Iuramentum à testibus præstan-
dum non est calumnia, sed veritatis.
Iurant enim, se veritatem ad articulos
probatorios dicere velle. c. quoties c. licet
2. §. testes text. notab. inc. Hortamier. 3. q. 9.
ubi Glo. in V. novirunt. testis pro utraque
parte testabatur. c. non sanè 14. q. 5. & iu-
rabit, quod nihil falsitatis dicet. c. nullam
2. q. 4. Maranta par. 6. §. nonus actus
n. 14.

De Episcopo inc. fin. de iuram. calum.
sancitum est, ut per se agens in iudicio
per se iuret propositis ante se, non ta-
mentactis evangeliis. Ex quo enim, ait
Glo. ibid. assumpti officium in se iurare
debet de calunnia, cum sit accessorium
line quo non potest causa expediri. arg.
& præterea de off. deleg. aut b. de sanctiss. Episc.
§. nulli verò nec honore, tum auih. sed Index
C. de episc. & cler. Plerumque tamen pro-
pter reverentiam ordinis, & status re-
mitti solet iuramentum episcopis, ali-
isque personis illustribus, quorum si-
cera fides præsumitur non minus firma
& constans, quam sibi iuramenti vin-
culum adderetur. Franc. Marcus decis. aur.
par. 1. q. 377.

Addit Mynsing. cent. 3. obs. 80. si post
testimonium dictum, iurit testis,
nullam vim habituram: quia de na-
tura & ordine iudiciorum est, ut primò
iurent & postea testentur. l. si quando
cum auct. servilis conditionis C. de te-
stib.

III. Hoc iuramentum pars parti
remittere potest, valebuntque testi-
monia non secus, ac iuratorum. Ioan.
Andr. & Pan. in c. tuis hoc tit. & est notab.
Glo. in l. iurisiurandi C. de test. Castrini. ibid.
n. 3.

Cur autem remissio ista permittat-
tur, causa est, quia iuramentum testis
respicit favorem partis, contra quam
producitur, ut scilicet veritatem dicat:
necest substantialis solennitas, sed ac-
cidentalis, & separabilis. c. 2. de sponsalib.
Panorm. in c. 1. de iure iur. n. 4. Felinus
ibid. n. 2. DD. in l. si quis in conscribendo
C. de palt. c. si diligenci de fo. comp.
Alexander in di. l. 7. unm. 17. tit. de fer.

E contrario iuramentum calum-
niæ, quia respicit utilitatem publi-
cam, tacite quidem, expresse tamen
remitti non potest. c. 1. §. 1. de iuram.
calum. in 6. Socius in cap. final. num.
40. eo tit. Maranta par. 6. titul. de iuram.
n. 2. ne per calumniam frustra iudices
fatigentur, & in infinitum lites
prorogentur, quemadmodum Alex. l.
cit. notavit.

Iudex nihilominus etiam facta re-
missione, iuramentum testi offerre po-
test, quando expedire viderit: vel si aga-
tur de præiudicio publico, aut damno a-
nimarum, ut in causa matrimoniali. Fe-
lin. in c. tuis hoc tit. num. 4. & Mynsingius

m. 2. Cent.

Cent. 6 obs. 32. addens ad prædictam iuramentum remissionem minimè requiri auctoritatem iudicis, contra quam Glo. 2. in tuis hoc tit. affirma vit.

IV. An statuto vel constatudine obtineri queat, ut non iuratis testibus fides in iudicio habeatur inter DD. controversum est. *Felinus inc. tuis quas. hoc tit. n. 2. & Roman. consil. 482. n. 8.*

Affirmativam opinionem ratio iuravat. Constat enim, quæ fieri pacto queunt, eadem statuto decerni posse, argumento à minori ad maius, cum maior sit potestas legis, quam hominis, qui legi subest. *l. fin. C. de fidei ss. Bart. ibid. n. 2. Glo. in l. non solum 9. fin. ne novi oper. numerat. Gaill. l. 2. obs. 78. n. 3.*

Verum si inter terminos comparationis disparitas intercedat, & dissimilitudo, eaque demonstrata fuerit, ratiocinatio facta concidit, & valebit quidem pactum, de non iurando, statutum verò, & consuetudo non agnoscitur. *Felinus certè lo. cit. magnam dissimilitudinem agnoscit. Sed neque qualis ea sit, neque quid in praesenti controversia tenendum sit, exponit.*

Facile credam, statutum condī posse, adeoque supremum principem decernere, ut in personis illustribus genere, & virtute, non suspectæ fidei & integritatis ad plenē testandum non requiratur iuramentum. Nam in eiusmodi probatis spectatisque hominibus omnis dolus, & fraudis præsumptio cessat, ut nemo nisi malignus de ullius periculo periuriri meruere ardeat. Quam ob causam in quibusdam terris hodie usus obtinuit, ut illustrium personarum etiam absentium testimonia signata, cum & sub si-

de sua recipientur. *V. Gaill. l. 1. obs. 101.*

V. Hinc sequitur in excessu mentis sua locutum esse Hypolitum, & eos quos allegat singulati 214. quando dixi in materia iuramenti testium Papam dispensare non posse, ita ut testis in iudicio non debeat iurare, eo quod de iure divino situr habet *Genes. 31. ubi Iacob voluit testimonium Laban sacerdoti sui iuramento confirmari. Quod dictum pro stupendo, & Canonistis incognito refert *Felinus adderet Theologis possimè, qui neque in hac materia testium, nec in contractibus aliis & actionibus ullam iuris divini obligationem addendi iuramenti agnoscunt, neque si esset, non posse relaxari per dispensationem concedent: de qua re consulendi summissa in V. dispensatio. & V. iuramentum, Azor 1. l. 11. c. 9 q. 3.**

Exemplum Iacobi Patriarchæ nimirum ad rem facit. Exegit ille iuramentum à Labano sacerdo suo, cuius perfidiam sèpè expertus erat, ut in futurum securior esset: illud iuramentum verò non tenebatur Laban præstare iure diuino, sicut hodie in contractibus qui iurant, spontaneæ vel secundum obligationem legum civilium iurant: sed facto iuramento ad servandum illud unusquisque iure divino, & naturali tenetur, donec relaxatum fuerit. Et de huic obligationis dispensatione maior difficultas est, alibi explicanda. Verbo indicasse sufficiat, & Papam, & Episcopum cum iusta causa subest, in iuramentis promissoriis dispensare posse: non facturos tamen facile in iuramento à testibus edito, nisi pars consentiat in cuius favoré obligeret.

Addo

Adde eandem potestatem magistratū seculari in quibusdam casibus competrere, ut ex dicendis infra patebit.

VI. Forma iuramenti à testibus præstandili hęc est. Ego N. iuro dicere veritatem pro utraque parte in tota causa, in qua sum productus. Item, quod nec odio, nec timore, nec favore, postponam dicere veritatem pro utraque parte. Sic me DEVS adiuveret, & hoc sancta DEI Evangelia. In principio. &c.

Cæterum in repetitione testium pro declaratione testimonii sui ut nova citatione, sic novo iuramento minime opus est. Nam qui declarat, nihil novi adferre censetur. I. heredes palam. §. si quid post. Tit. de testam Glo. in l. fin. V. iterum. C. de testib. Bald. ibid. num. 6. Salut. n. 5. Gaill. l. 1. obs. 10. n. 16.

Limita, nisi repetitio testium an aliam ac diversum finem instituatur vel in alia instantia reperatur. Sicut enim prior causa, ita posterior sufficere potest. Verum ne prolongare cupientibus ansa praebatur, entendum iudici est, ut partes ulteriori testium productioni renuncient. Specul. § satis. in prins. & §. ult. o. Cum venissent. V. Vesenbec. b. 22. Tit. 5. Reculer. Vol. II. Disp. 5. n. 9.

§. 3.

De modo producendi testes.

I. Actor intentionem suam, vel reus exceptionem probatur in iudicio, à iudice terminum probandi petit, & intra illum testes producit, citato ad id adversario, ut videat testes produci, & iurare. Liberum namque illi est,

siquid in testibus displiceat, contra illos objicere, ante illorum receptionem, vel examen, aut saltem publicationem depositionum. Quod si contingat adversario non citato recipi testes, contra leges facta receptio censetur, & reprobatur. Si autem tacuerit usque ad publicationem obiectiōibus contra eos faciēdis renunciāsse videbitur iuxta Regulam. Qui tacet, consentire videtur. dereg. Iur. in 6. Nisi iuramento affirmet, se ad id malitiosę non procedere, & presentiūs hoc tit. vel antea publicationem protestatus sit, ius obiciendi à se sibi reservatum velle, vel ostendat exceptiones suas nunc primum sibi innocentie, prius verò incognitas fuisse; vel cum prius vellet, impeditus à iudice fuit; vel denique sint eiusmodi, ut testes etiam post publicationem inhabilitent, veluti, quod non sit Christianus, aut excommunicatus. Brechterus in Processu Iuris tit de Ciatat. & Prob.

II. Nulla oppositione adversum testes facta, & iuramento veritatis præstito, examinantur sigillatim vel ab ipso met iudice, vel iudice territorii, & vel commissarii. Iudex enim, ut accusatè Gaillius explicat l. 1. Obs. 96. ablen- tium testium examinationem committere potest iudici illius territorii, sub quo testes vivunt, & mandare partibus, ut coram eo compareant. I. Iudices, & ibi Bald. C. de fide instrum. Autb. de testib. §. Et quoniam scimus. In Spirensi Camera commissarii à partibus nominantur, nominati plerumque deputantur, vel in eorum locum si quid impedimentum sit, ex officio alii conceduntur, cum potestate adiungendi Notarium non suspectum.